



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||  
IESV, || HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||  
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI  
IV. ||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.**

**VD16 M 105**

Ignatius Romæ Christianæ rei dat operam: in Casinati monte animam  
Hozij cælum intrantem videt. Cap. VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

unto tamque diuino solatio mirum in modum crectus  
& confirmatus Ignatius, ac socios deinde compellans:  
Quid nobis, ait, Romæ futurum sit, fratres; in cruce  
ne, an in rotam agi nos velit Deus, ignoro. vnum scio,  
quidquid eueniat, Iesum Christum nobis propitium fo-  
re. ac simul totius visionis ordinem exposuit. Quæ res  
non in præsentia tantum illos insolita quadam lætitia  
& voluptate perfudit, sed etiam in posterum contra o-  
mnes difficultates atque pericula magnopere corrobora-  
uit, ac munijt: atque id ipsum vel in primis fuit causæ  
cur Ignatius confirmatæ post modum Societati saluta-  
re potissimum Iesu nomen indiderit. quam tamen dein  
de verbo scripto que minimam vocare solitus est, quòd  
reliquis religiosorum familijs (quas item Societates Ie-  
su licet optimo iure appellare) cunctis omnino tum de  
splendore, tum de antiquitate concederet.

*Ignatius Romæ Christiana rei dat operam: in Casti-  
nati monte animam Hozij calum inran-  
tem videt. Cap. VI.*



**G**ITVR tam secunda numinis vo-  
luntate, tamque liberali promisso mi-  
rum in modum læti, sic tamen vt non  
sine mysterio Christum Dominum  
crucifixi maximè habitu apparuisse  
apud se reputarent, cum gratiarum a-  
ctiōe ac prece sanctam Virbē ingref-  
sunt, nihil antiquius habuere, quàm vt viatici nomine sibi  
annueratam anno priore pecuniam, quoniam quidem  
auaritionis consilia in irritum ceciissent, prorsus ad  
nummum iisdem à quibus acceperant, redderent; quæ,  
in alios pietatis vsus & opera expenderetur.  
Deinde, quemadmodum ante conuenerat, suam & reli-  
quorum operam Pontifici maximo in Apostolicis præ-  
cipue functionibus, citra honoris titulos, & dignitatis  
insignia, detulere. Neque aspernatus est pia Patrum stu-  
dia

dia Christi Vicarius: atque in praesentia, doctoris-  
 di aliqua sese offerret occasio, iussi Fober & Ianni  
 alio Sapiientiae Gymnasio sacras literas potius mo-  
 munere dum alter in biblijs explicandis, alter in scholastica  
 Theologia, ut appellant, pari cum eruditione  
 pietatis laude perfunguntur, atque etiam saepe contra  
 ipso Pontifice de grauibus rerum diuinarum questione-  
 bus, disputant, interim Ignatius proximorum. huius-  
 more operam nauabat cum alijs artibus, tum varijs  
 tualibus praesertim exercitationibus, quippe ad tur-  
 das perturbaciones admodum efficaci, virtusque in-  
 pridem expertae remedio: quibus ille per eos dies, praeter  
 caeteram turbam, insignes aliquot viros diligenter ex-  
 coluit. in ijs Gasparem Contarenum Cardinalem, gra-  
 uissimum Senatorem, eundemque temporibus  
 (quod eius varia monimenta praecclare testantur) ingenij  
 & doctrinae facile principem. Is, Ignatij probata doc-  
 fuerudine vsque adeo captus est; tantumque eius praecep-  
 tis consilijque profecit, ut qualem dudum episcopo-  
 nimi regendi moderandique magistrum, de quo  
 Dei beneficio nactum esse affirmaret. idcirco  
 ta sibi Exercitia (quod exemplum apud hanc  
 dieque assertari perhibent) sua ipse manu per eam  
 curate descripsit. Hunc imitatus Caesaris potentissimus  
 quo supra dictum est) Petrus Otizius Theologus do-  
 ctor insignis, easdem exercitationes ad Christi Domini  
 gloriam, & suam salutem omnino experti coelata  
 quod liberius simul & fructuosius faceret, proinde  
 interim vicarijs delegata, cum paucis quocumque  
 ministris, & Ignatio praecceptore in montem Salu-  
 tem fecerit, quo in monte antiquissimum & nobilis-  
 mum cernitur sancti Benedicti ecclesiam. In hac  
 arbitris, maxima diligentia dies ipsos quodam  
 meditationi ex Ignatij praescripto vacantibus  
 cum animi fructu, tantaque accessione virtutum, ut  
 quam Christianam philosophiam multo ante proba-  
 ram esse n. demum vere philosophari esse illi  
 ac parum absuit, qui grandis iam natu vir, & in partibus

gatus, illic mortalibus rebus abiectis magno animo  
se ad laboriosū Ignatii vitæ genus adiūgeret. sed cū  
id neque per ætatem liceret, neque per suscepta negotia;  
certè quod proximum fuit, egregiè præstitit, vñ & sancti  
monia ac pietatis exemplo in posterū sui ordinis homi  
nibus perluceret, & societatem deinde nostrā quibus ū  
que posset rebus, per quam studiosè ornaret, atq; defen  
deret. Non omittenda videtur hoc loco res memorabi  
lis, quæ Ignatio in illa Casinati cōmoratione diuinitus  
accidit. Dum enim pro salute Baccalauri Hozij quē gra  
uiter ægrotare cognorat, Domino supplicat, repente vi  
dit in spiritu (quod ipsum ibidem D. Benedicto fertur o  
bitu in obitu Germani Episcopi contigisse) animam so  
cij luce clarissima radiantem, deducentibus Angelis in  
sublime ferri, atq; ipsa demum caeli beatissimæ regna cō  
scendere. eidemque Ignatio, paulo post, dum ad rem di  
uinam accedit, in ipso Missæ introitu, Sanctis omnibus  
nominè appellandis, lucidissimum cælestium agmen subito  
apparuit, sic, vt in ijs Hoziorum eximio fulgore micantē  
sine vlla dubitatione dignosceret. Qua ex vtraque visio  
ne tanto est gaudio delibutus, vt multos dies præ dulce  
dine lacrymis temperare nequiverit. Huic Hozio Patau  
um (vt diximus) provincia nuper obtigerat, vbi dum  
in officio, singulari cum industria & fide versatur, ex ip  
sa rei nouitate suspectus, & coniectus in carcerē ab Anti  
stite Patauino, moxque ab eodem dimissus perhonorifi  
cè fuerat. cūque acrius de nudo in proximorū salutem in  
cubuisset, è magnis diurnis nocturnisque laboribus le  
thali morbo correptus, ex hac vita migrauerat, cū alijs  
miræ cuiusdam sanctimonie relictis indicijs, tum verò  
quod qui ante obitum subniger fuisset, ac vultu defor  
mior, in eiusdem demortui facie tantus repente nitox  
ac venustas apparuit, vt eo spectaculo Codurius cōsors  
provinciæ animū exsaturare, & præ lætitiæ fletū cohibe  
re non posset. Huius igitur tam felici exitū maiorem in  
modū gauisus Ignatius, è Casinate Romā vnā cū Ortizio  
peracta cōmentatione regrediens; obuiū habuit in itine  
re Franciscū Stratum Hispanū, præclarè in dolis iuuenē,  
sibi

sibi antea non ignotum: qui cum è cuiusdam principis  
viri familia, pertaxus aulicæ vitæ, militandi causa Ne-  
polim peteret, vno Ignatij cōgressu atque sermone, que  
hominis erat in dicēdo vis) à sæculi stipendijs ad Christi  
vexilla facili negotio traduci se passus est: varijs denique  
locis, eiusdē Ignatij missu, & Societati nostræ, sicut Chri-  
stianæ vniuersitatis concionator egregius haud mediocri-  
ter profuit. Hoc igitur auctus commilitone Romam Ig-  
natus reuertit: ad quem deinceps aliquot etiam in re-  
bus gerendis idonei diuino impulsu paucis diebus ad-  
iuncti sunt.

*Romam Patres vniuersi conueniunt: veterem plebū cre-  
diendæ morem, & frequentem vsū Con-  
fessionis & Eucharistia restituant.*

Cap. VII.



VAE dum ardens Christi amore dis-  
tingenter agit Ignatius, interitum huius ces-  
teri, sua quisque provincia hinc egredis,  
Romam (vbi decreueram) extra mudi-  
am Quadragesimam conuenit. huius  
annus post Christū natū MDCXVIII.  
Tecto recepti sunt à Quinto Garzo-  
nio ciue Romano, ad villā Minimorum fratrum coenobio  
proximam. Ibi in summa omnes egelue precari  
victitantes, communi consilio ad rem Christianam pu-  
viribus adiuuandam aggressi, permissuque Antistiti  
varia Vrbis templa sortiti, concionibus primū cura-  
tem ad omne officium atque virtutem vehementer as-  
cendere; deinde etiam veteri Ecclesiæ institutis piden-  
puerosque Christiana catechesi (quæ iam diu obliuiscen-  
rat) vicitim erudire instituerunt. Ac licet pijs cordibus  
dæmon omni conatu se opponeret; tamen peruen-  
emplo vitæ, partim assiduitate dicendi hortante, cū  
alia multa propediem assecuti sunt, tum verò prope,  
vt sacræ Confessionis & Eucharistia frequenter usque  
nihil est humano generi salutaris) diaboli seruitute: iam-  
pridem extinctus, magno vique Christianæ Religio-